



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

xi. De dipensatione illegitimorum, & valore eius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13883**

tit. 19. q. 8. & hoc ipsum late probat Nauar. tom. 1. consil. 10. de filiis presbit. in vltima editione. Vnde Gregorius Magnus H. om. 38. ratio huius est; quia cum hec pars odiosa sit, restringenda est, maxime cum lex hoc non dicat de nepotibus, sicut de filiis expressit. Id quod procedit etiam si nepotes isti legitimi parentes haberent illegitimos, in beneficijs enim a uorum succedere possunt ex Maiol. cit.

## De Dispensatione illegitimorum, &amp; valore eius. Cap. XI.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Natalium defectus, varijs modis tollitur.
- 2 Matrimonium subsequens illegitimum iure humano, in quoque foro, ad omnes ordines, & dignitates legitimum facit.
- 3 Religionis ingressus, & solemnis professio in ea, quamuis irregularitatem omnem quoad ordines etiam sacros tollat, non tamen habilem ad dignitates reddit.
- 4 Sixti V. Constitutio contra illegitimos edita, qualiter a Gregorio X. V. moderata fuerit.
- 5 Papa illegitimum, quoad omnem ordinem, beneficium, & dignitatem Ecclesiasticam, ubique terrarum legitimum potest.
- 6 Papa, an illegitimum, quoad successionem in terris sibi non subditis, legitimum potest.
- 7 Matrimonium an legitimum sit, & an proles inde suscepta quoad successionem legitima sit, Papa declarat.
- 8 Illegitimum ad ordines minores, & beneficia simplicia Episcopus legitimum, seu dispensare potest.
- 9 Episcopus sibi non subditum legitimum nequit.
- 10 Episcopus sibi subditum, ad personatum, & dignitatem legitimum non potest.
- 11 Episcopus illegitimum, ut beneficium Paternum simplex immediate obtineat, dispensare non valet.
- 12 Legitimus ab uno Episcopo ad ordines minores, & beneficium simplex, beneficia talia & ordines in alterius Diocesi obtinere potest.
- 13 Episcopus illegitimum, ut Canonatum obtineat, post Concilium Tridentinum legitimum non potest.
- 14 Episcopus cum illegitimo ad praelaturam Regularem dispensare nequit.
- 15 Imperator, aut princeps secularis superiorem non agnoscens, quamuis sibi subditum quoad honores, & officia secularia legitimum non tamen quoad Ecclesiastica, vel spiritualia.
- 16 Dispensatio, cum iuris relaxatio sit, strictè interpretanda est.
- 17 Legitimus simpliciter a Papa, intelligitur legitimus solum quoad honores, & ordines minores, & beneficium simplex, etiam si in Rescripto dicatur, quod clericali possit.
- 18 Papa dum in dispensatione dicit, Legitimamus Petrum quoad omnia, ad ordines tantum, & beneficium simplex dispensare censetur.
- 19 Dispensatus a Papa cum clausula, Ad omnes ordines, ad quid dispensatus censetur.
- 20 Dispensatus ad certum ordinem, non censetur dispensatus ad ordinem illo superiorem, sed inferiorem.
- 21 Dispensatus ad ordines, ad beneficium dispensatus non censetur.
- 22 Dispensatus ad dignitates ad beneficia dispensatus non est.

- 23 Dispensatus a Papa ad Sacerdotium, ad Ecclesiam parochialem dispensatus non censetur.
- 24 Dispensatus a Papa ad præbendam beneficium, ad beneficium curatum habitatus non est.
- 25 Dispensatus a Papa ad beneficium simpliciter ad curatum dispensatus non censetur.
- 26 Dispensatus a Papa ad omnes ordines, & beneficium Ecclesiasticum, ad personatum, vel Rectoriam, ad quam per electionem procedi solet, non dispensatur.
- 27 Dispensatus ad dignitates, ad Ecclesiam cathedralem, & dignitates eius non est dispensatus.
- 28 Dispensatus ad ordines per hoc ad dignitates Ecclesiasticas dispensatus non est, sicut nec habitatus ad dignitates Ecclesiasticas, ad Episcopatum habitatus est.
- 29 Dispensatus ad Episcopatum ad Archiepiscopatum habitatus non censetur.
- 30 Legitimus ad omnes ordines, etiam Episcopatum, ad Episcopatum habitatus non censetur, si sit filius canonici, etiam non existentis in sacris, & quæ huius ratio sit.
- 31 Dispensatus illegitimus a Papa, ut non obstante defectu Natalium beneficium curatum non obtineat, virtute illius duo beneficia simul habere non potest.
- 32 Dispensatus a Papa, vel episcopo super beneficio incepto, eo consecuto, aliud sine dispensatione obtinere nequit.

**V**arijs modis defectum hunc Natalium tolli possunt, tradunt, DD. vt S. Thom. in addit. 3. par. q. 68. art. 3. Palud. 4. d. 4. r. q. 3. art. 2. & 3. Rich. ead. dist. ar. 2. q. 3. Ioan. Bachon. 4. dist. 25. quest. 6. art. 2. Sot. 4. d. 4. r. q. vnica, art. 4. Conclus. 3. Host. in Summa, libr. 1. tit. de filiis presbit. num. 8. §. Quis possit dispensare, & libr. 4. tit. Qui filij sint legit. num. 9. §. Qualiter. Summa Confess. lib. 3. tit. 19. quest. 2. Summa Aftensis, par. 2. lib. 6. tit. 22. art. 4. Summa Pisanel. in verbo, illegitimus, §. Quis potest dispensare. Angelica, in verbo, Legitimitas, & in verbo, ordo, 3. num. 12. & seq. S. Anton. 3. par. tit. 29 de Irreg. cap. 4. Syluest. in verb. Illegitimus, quest. 5. & 6. & verbo, legitimus. Tabiena, in verbo, filius, num. 5. §. Quarto, & in verbo, beneficium, 2. §. Quarto decimo. & seq. Nauar. in Man. c. 27. num. 20. v. Decimo dico. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. tract. de Irreg. post princip. Couar. in Epi. 4. Decret. par. 2. cap. 8. §. 8. Ioseph Angles in Florib. 4. Sen. in quest. de Sacram. Ordinis, art. 4. Iacob. de Grass. lib. 4. cap. 27. num. 57. & 58. Alphons. Vivald. tract. de Irreg. num. 112. & num. 125. & par. 3. capitul. 2. & Henriquez libr. 1. de Sacram. Matrim. capitul. 20. §. 2. & lib. 14. de Irreg. capit. 8. §. 10. & Simon Maiol. lib. 1. cap. 8. §. 10. tollitur autem præcipue tribus modis.

Primo per subsequens matrimonium, quando scilicet soluius generas filium de soluta, postmodum in facie Ecclesie cum ea contraxit, cap. 1. & cap. Tanta. Qui filij sint legit. id quod etiam legibus civilibus concessum est, vt §. vit. Institut. de nupt. & in l. cum quis, C. de natural. liber. & in Authent. Quibus mod. naturales efficiantur legitimi, §. si quis igitur, collat. 7. Hæc autem legitimandi modus non se extendit ad natos ex adulterio, c. Tanta, & ibi Panorm. num. 8. Qui filij sint legit. Rich. & Sotus c. 1.

Secundo per Religionis ingressum, qui modus extenditur ad quoscunque illegitimos, cum DD. communiter post gloss. in cap. 2. in verbo, Religionis, & ibi Panorm. in fine, de apostat. & Angelica, in verbo, Irregularitas, 2. num. 1. & Syluest. verbo, Irregularitas, q. 28. vers. secundo, dicant absolute hanc irregularitatem tolli per professionem in Religione approbata.

Tertio, Per dispensationem Patris, qui modus legitimandi potest se extendere ad quoscunque illegitimos, ex Rich. vbi supra. Est autem legitimatio restitutio quædam natalium, quæ absque coniugio natis extra causam legitimitatis conceditur, ex Couar. in Epi. 4. Decret. par. 2. c. 8. §. 8. num. 1.

num. 1. ſeu accommodatus, legitimatio eſt habitus, quædam ad actus legitimus, ad quos illegitimus fuit inhabilis. Et quamvis Couar. vbi ſuprà, & eum ſecutus Henricus lib. 1. de Sacram. Matrim. cap. 20. §. 2. dicant legitimatorem à diſpenſatione diſſerre, quorum opinio in rigore vera eſt, nos tamen in præſentium legitimatorem & diſpenſationem pro eodem ſumimus, iuxta ea, quæ traduntur Panorm. in cap. per venerabilem, num. 22. Qui filij ſint legit. & Maiol. lib. 1. cap. 8. num. 12.

2 *Primo* igitur, quamvis nonnulli dubij eſſe videntur, dicendum tamen eſt per ſubſequens matrimonium, iure humano Eccleſiaſtico illegitimum in viroque foro fieri legitimum, etiam ad omnes ordines ſacros, & honores Eccleſiaſticos, immo & ad Episcopatum, iuxta ea quæ traduntur gloſ. in cap. Tanta, in verbo, legitimi, & ibi Panorm. nu. 7. Qui filij ſint legit. Couar. in Epit. 4. Decret. par. 2. cap. 8. §. 1. num. 24. Maiol. lib. 1. cap. 4. num. 14. & Henricus lib. 1. de Sacram. Matrim. cap. 20. §. 2. & nos latius dub. 2. capit. 10. docuimus, vbi tamen hoc in Cardinalatu falſum eſſe diximus, ob nouam Sixti V. Conſtitutionem. Et ſic legitimatus ſuccedit in feudo patris, ex Panorm. in d. cap. Tanta, num. 7. & ad omnia tam primogenia, quam feudalia, ſicut alij admittendus eſt, ex eodem Couar. vbi ſuprà, & Henricus, qui addit ſic legitimum præferri in ſucceſſione primogenij filio ſecundo, qui ex eiſdem parentibus legitimo matrimonio iam contractis natus eſt. Dixi, ex eiſdem parentibus, quia ſi antequam contrahat cum ſua, duxit aliam ex qua genuit legitimum primogenitum, non ſuccedet hic filius per ſecundum Matrimonium legitimatus, licet ſit maior natus, cum alter ſine culpa ſua non ſit primogenitura priuandus.

3 *Secundo*, Per Religionis ingreſſum, & ſolemneſſe profeſſionem in Religione approbata emiſſam Irregularitas omnis ex illegimitate proueniens purgatur quoad omnes ordines non ſolum iniores, ſed etiam ſacros, gloſ. in c. finali, in verbo, Sedis Apoſtolice, in fine, de filiis preſb. & colligitur ex cap. 1. tit. eod. & ex gloſ. in cap. 1. in verbo, Sedis Apoſtolice, de fil. preſb. lib. 6. & cap. 1. diſt. 56. Palud. 4. diſt. 41. q. 3. art. 2. Concl. 2. Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 19. quaſt. 2. S. Anton. 3. par. tit. 29. de Irreg. cap. 4. circa med. Sylueſt. verbo, Illegitimus, q. 6. Angelica, verbo, ordo, 3. num. 13. Tabiena, verbo, ordo, 4. poſt medium. Iacob. de Graſſ. lib. 4. cap. 27. num. 54. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 201. verſic. Decimo dieo. Alphons. Viuald. tract. de Irreg. num. 126. Coſmus Philarchus lib. 4. cap. 8. Gregor. de Valentia tomo 4. Diſp. 7. quaſt. 19. Puncto 3. §. 2. Joſeph Angles in Florib. 4. Sent. in quaſt. de Sacram. ordinis, artic. 4. qui addit hoc intelligi quoad ordines ſuſcipiendos; Non enim tollitur quoad executionem, & adminiſtrationem, in ordinibus ſuſceptis. Nam ſi Sacerdos irregularis Religionem ingrediatur, eius irregularitas etiam facta profeſſione, niſi per diſpenſationem, non tollitur. Non tamen legitimatus propterea cenſetur quoad præſaturas obtinendas, aut in illo, aut in alio Monasterio, vt colligitur ex d. cap. 1. de filiis preſb. & ibi Panorm. num. 6. Philip. Franc. in cap. indemnitate, ſuper gloſ. in verbo, Canonicam, & ibi Archid. de elect. lib. 6. Card. in Clem. Attendentes, in q. 1. de ſtatu monach. Felio. in cap. Meminimus, col. 5. verſic. Quæro nunquid, de accuſat. Palud. vbi ſuprà. Maiol. lib. 1. cap. 10. num. 3. Neque curam animarum iure ordinario, Abbatiam regularem, vel ſecularem ſiue per electionem, ſiue per commiſſionem habere poteſt, cap. legi, 16. q. 1. & Panorm. in d. cap. 1. num. 6. & alij DD. & Gabr. Paleot. de nothis, ac ſpuris cap. 57. num. 4. vbi vult huiusmodi non poſſe eſſe Priorem, Abbatem, aut Vicarium Episcopum, ſine diſpenſatione Papæ, vel alterius ad id poteſtatem habentis, id quod etiam docet Alphons. Viuald. vbi ſuprà, & par. 3. cap. 2. citans Panorm. in cap. 1. & gloſ. in cap. fin. de filiis preſb. & alios, vbi latè de hac re tractat. Norandum tamen eſt, ſupradicta procedere in his dignitatibus, vel officijs, quæ dantur in titulum, vel commendam perpetuam, vel in vſum Iuriſdictionis prælatiua; Nam nudis adminiſtrationibus Hoſpitalium præſtari poterit illegitimus Religionem profeſſus, & etiam habilis ſit ad penſiones obtinendas, & denique ad adminiſtrationem ſim-

plitem de quo poſſet ad nutum emoueri, præmoventi preſertim, dummodo curam non habet, ex Panorm. in cap. 1. nu. 6. de filiis preſb. & Gomello, quem referit, & ſequitur Paleot. de Nothis ac ſpuris, cap. 58. & Maiol. lib. 1. c. 10. num. 4. Ex quo enim promouetur ad ſacros ordines adminiſtrationem non curatam ſine vlla alia diſpenſatione habere poterit. Immo etiam vt Paleot. cit. cap. 58. nu. 8. & Maiol. cit. teſtantur, capax eſt in ſic præſentandi ex patronatu quod etiam docet Roch. Curt. tract. de iure patron. verſic. competens, quaſt. 2. Quamvis enim ipſe prælatore incapax ſit, bene tamen iuris præſentandi prælatore capax eſſe poterit. Et ſic illegitimus Abbas, aut Prior eſſe nequit, etiam neque Monialis illegitima Prioriſſa, vel Abbaſſiſa ſine diſpenſatione fieri poteſt.

4 *Circa* hunc autem illegitimum ingreſſum in Religionem obſeruandum eſt, quod licet Sixti V. in Conſtitutione ſua contra illegitimos, quæ incipit, *Cum de omnibus Eccleſiaſticis* anno 1587. edita; & in alia ſequenti Conſtitutione declaratiua filius, quæ incipit, *Ad Romanum ſpectat Pontificem* anno 1588. facta, prohiberent, illegitimos quosque admitti in Religionem, aut admiſſos, ad honores, & dignitates promoueri; Poſtea tamen Gregorius Papa XIV. anno 1590. moderando ſupradictas Sixti V. Conſtitutiones, in ſua Conſtitutione, quæ incipit, *Circa ſpectat Romanæ Pontificis prudentia. Vt illegitimi omnes, prelatos, & futuri, cum ad profeſſionem recipi, tum etiam ad honores, & dignitates & officia religionis aſſumi poſſint, permiſiſſi; dummodo tamen filius illegitimus in Religione in qua patris ſive ante, ſive poſt natiuitatem dicitur filij, profeſſus fuerit, ipſo patre viuente non admittatur;* & in ſuper facultates ac Priuilegia Religionibus conceſſa diſpenſandi cum illegitimis, reuoluit; habent enim Religioſi facultatem quæ diſpenſare poſſunt cum huiusmodi ad omnes dignitates, & officia Religionis, vt patet ex S. Anton. 3. par. tit. 29. de Irreg. cap. 4. verſic. Tertius modus, vbi referit Priuilegium Alexandri III. quod incipit, *Deportiones*, & alterum Ioannis XXII. & latius id oſtenditur in Compendio Priuileg. Mendicant. in verbo, Diſpenſatio, §. 12. & §. 13. Quod ſi quis illegitimè natus, eligeretur ſuperior non habita prius diſpenſatione, electio eſſet nulla, apinnotuit, & cap. cum vniuerſionenſis, de elect. Quibus omnibus addo ex Palud. 4. diſt. 41. quaſt. 3. art. 2. Concl. 2. quod legitimus ad ordines ſacros per profeſſionem in Religione approbata, non propterea cenſetur legitimatus quoad ſucceſſionem, vt ſuccedere poſſit pro eo qui ſuccederet, ſi ipſe eſſet legitimus. C. de ſacroſanct. Eccleſijs. l. Deo nobis, cum hoc ſtricti iuris ſit, & ideo ſtrictè interpretandum. Quod ſi quis a Nuncio diſpenſatus ſit ad omnes dignitates, & ſic ſecularis, & poſtea fiat Regularis, non cenſetur diſpenſatus ad beneficia, & honores Religionis, ex Nauar. tomo 1. Conſil. 2. nu. 2. Qui filij ſint legit. & Henricus lib. 1. de Sacram. Matrim. cap. 20. §. 2.

5 *Tertio*, Papa, quoad omnem ordinem, beneficium, & dignitatem Eccleſiaſticam vbi que terrarum legitime poſſeſſor, cap. per venerabilem, & ibi Panorm. & DD. qui filij ſint legit. Hoſt. in Summa lib. 1. tit. de filiis preſb. numer. 8. Quis poſſit diſpenſare, & lib. 4. tit. Qui filij ſint legit. Qualiter, num. 9. & 10. Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 19. Quaſt. 4. Palud. 4. diſt. 41. quaſt. 3. art. 3. Concl. 2. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 4. verſic. Secundo modo. Ioan. Bachon. 4. diſt. quaſt. 6. art. 2. Summa Piſanella, in verbo, illegitimus, ſub Iacob. de Graſſ. lib. 4. cap. 27. numer. 57. Alphons. Viuald. tract. de Irreg. num. 127. Coſmus Philarchus lib. 4. cap. 8. & Gregor. de Valentia Tomo 4. Diſp. 7. Quaſt. 19. Puncto 3. §. 2. Toletus lib. 1. c. 25. & communis DD. Ratio eſt: quia legitimare, non eſt aliud quam impedimentum iuris Canonici ſibi amouere, & a penis Canonum quibus ligatus & impeditus eſt, eum abſoluere. Cum ergo impedimentum hoc iure Canonico inductum ſit, Papa aliud tollere poteſt. Immo verò vt præſati DD. nadiunt, Papa non ſolum ad actus legitimus ſpirituales, ſed etiam ad ſucceſſionem bonorum parentum, & ad omnes actus legitimus ſeculares in terris Eccleſiæ temporaliter ſubiectis legitimare poteſt.

6 *Dubium* ſolum eſt, an Papa legitime e quempiam po-

terris quoad successione[m] in terris Papae non subditis. In qua re varie sunt DD. sententiae; Quidam enim dicunt, quod ex eo, quod aliquis legitimus a Papa in spiritualibus videtur etiam per quandam consequentiam legitimus quoad temporalia, quo ad successione[m] scilicet, & Dignitates, ne sit absurdum, & quasi inobsequiosum, ut legitimus ad spiritualia, illegitimus ad temporalia consecratur. Quam opinionem tenet Goff. ed. in Summa sua, & facit eam venerabilem. Qui filij sint legit. Alij dicunt, quod legitimus quoad spiritualia, censetur legitimus quo ad alios honores seculares inherentes personae, puta, quod possit esse Iudex, vel Delegatus, & habere alias dignitates illegitimus interdictus, non autem quoad hereditatem; Ratio diversitatis esse potest: quia in primo casu non tractatur de praedicio alterius; Sed in secundo sic, quia auferatur hereditas venientibus ab intestato, & addunt hoc de facto tenuisse in Regno Francie, quia primogenitus Comitum Flandriae legitimus per Papam non successit in Comitatu, sed alius minor, qui erat legitimus; unde docet, Papam legitimare non posse in terris alienis quoad successionem hereditariam, quia esset praedicialis heredi legitimo illi. Et hanc sententiam sequuntur glossae in cap. venerabilem, in verbo, Habeat potestatem, Qui filij sint legit. & Laurentius, Vincentius, & Tancredus, quos refert glossa. sicentiam docent Angelica, in verbo, Legitimationum. 1. & S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 4. ver. Secundo modo. Sotus 4. dist. 41. q. vnica, art. 4. Conclus. 3. ver. Secundus modus. & Henriquez lib. 1. de Sacram. Matrim. c. 20. §. 1. Alij vero, vt Ioan. Andr. quem refert, & sequitur Pan. in c. venerabilem, num. 22. Qui filij sint legit. Host. lib. 4. tit. eod. §. Qualiter, nu. 11. (vbi non solum docet Papam id posse, sed etiam solum Papam legitimare posse) A tenet par. 2. Summa, lib. 8. tit. 3. art. 4. q. 1. Ioan. Bachon. 4. dist. 23. q. 6. art. 2. in fine. & Summa Confess. lib. 3. tit. 19. Quest. 15. Summa Pisanelia, in verbo, Illegitimus, §. vir. Spiritus verbo, Legitimus, q. 4. & Couarr. in Epit. 4. Decret. par. 2. cap. 8. §. 8. num. 1. docent haec, quae infra dicemus. Quorum.

*Primum est,* Quod Papa in terris sibi non subditis legitimare potest quantum ad actus spirituales.

*Secundum est,* quantum ad dignitates, & officia publica, in quibus nulli sit praedictum, vt quod sit Iudex Ordinarius, vel Delegatus.

*Tertium est,* Quod si ex Matrimonio nullo ob aliquem essentialem defectum, puta ob defectum consensus inter parentes, proles illegitima nascatur, non potest Papa prolem illam legitimare; Cum enim non possit consensum, qui est de essentia illius, supplere, prolem exinde natam legitimare non potest, quamuis enim fingere possit consensum stante dubio, cap. si quis, de sponsal. & in l. 1. C. de rei vtor. ad dicatur, quod princeps fingit consensum vbi non est; illud tamen solum verum est in positiuo, non in Sacramento, in quibus nihil potest Papa quoad essentiam eorum, vbi enim pro forma veritas consensus exigitur, fictio nihil potest.

*Quartum est,* Quoad prolem editam ex Matrimonio nullo, ob aliquod impedimentum iure Canonico oppositum, puta contractum in aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito iure Canonico, vel ex aliquo alio impedimento, tunc distinguendum est, vel enim agitur quantum ad successionem respectu iuris quaerendi, vt quod filius legitimatur parte viuente, si constat de mente Papae, quod velit eum legitimare quoad successionem, verum legitimum, & restituit quoad eam. Potest enim Papa facere, vt matrimonium illud validum sit, ex tunc, sicut ex nunc, id est, vt censetur validum non solum ex hoc tempore quo dispensat, sed etiam ab instanti in quo primo contractum est, & consequenter vt legitimeretur proles procedens ab eodem tempore. Papa enim legitimum efficiens matrimonium vt ex tunc, hoc est, ac si a principio fuisse legitime contractum, legitimare censetur prolem ex illo matrimonio susceptam ante illam approbationem, si eius mentio facta sit ei, & id in legitimatione exprimitur, vt eruditè & subtiliter Palud. Panorm. & Couarr. in Epit. c. 8. num. 12. & 13. disputant. Dixi si hoc exprimat;

Nam si exprimat aliqua, ad quae legitimat, non propter hoc intelligitur legitimare ad alia, nisi quando sunt minor, & non sunt in alterius praedictum, sicut sunt si legitimat ad dignitates, per consequens, quod possit esse conferuator, & huiusmodi; Sed non propter hoc parentibus succedat, & quamuis simpliciter, & quoad omnia legitimaretur, nisi successionem exprimeret, adhuc intelligeretur saluo iure alterius, & per consequens non extenderetur ad successione[m]; secus tamen si diceret se legitimare etiam quoad successionem. Hanc etiam veritatem docet Philip. Franc. in c. Tanta, q. 5. & Zabar. ibid. q. 10. Qui filij sint legit. & Simon Malol. lib. 1. c. 4. num. 20. & 21. vbi dicunt, quod legitimo Matrimonio prius nullo propter aliquod impedimentum, non censetur filij legitimati, nisi Papa id exprimat; additque Maioliam Curiam obseruare hunc stilum, vt ponatur Clausula; quod proles suscepta declaratur valida. Vel Secundum agitur de successione respectu iuris quaesiti, vt puta, de legitimando filio post mortem patris ad succedendum illi, quando legitimo est ius acquisitum, & tunc duo mihi dicenda videntur, *Vnum est,* Quod in terris sibi non subditis Papa non debet nisi ex magna causa dispensare, maxime cum ius ad alterum deuolutum esse videatur.

*Secundum est,* quod cum potestas Imperatoris, & a fortiori aliorum Principum sit a Deo mediante Papa, & omnis Iurisdictio temporalis a spirituali dependeat, si Imperator, aut alius temporalis Dominus in ius terris hoc possit, probabiliter dici potest cum Syluestro vbi supra, quod, etiam Papa de plenitudine potestatis id poterit ex causa, etiam in terris alienis, puta, quia ille deberet legitimare, & non vult, vel non potest de facto aut de iure, ob aliquod impedimentum, puta, si denunciatus esset excommunicatus, & priuatus omni sua Iurisdictio[n]e, & praesertim quando ad Papam recurratur pro hoc, vt illum legitimet, qua simili causa non extante, hoc non posset immediate de iure, quia praedictum Domino sine causa.

*Quod si de facto conitarium tenuit in Regno Francie.* Respondet Syluest. hoc non fuisse quia Papa id non potuerit, sed quia non expressit voluntatem suam quantum ad successionem, vel ex alia causa. Quod etiam hoc non tenetur in practica, non est, quia Papa non possit, sed quia non vult, aut quia non expedit, aut quia non occurrere solent iusta & rationabilis causa. Et ad hanc potestatem Papae probandam facit Clem. vnica, de immunit. Eccles. & ibi gloss. in verbo, pro infectis, ex quo loco Panorm. in cap. venerabilem, num. 23. Qui filij sint legit. & Maiol. lib. 1. c. 4. num. 21. colligunt, tantam esse Papae potestatem circa ea quae sunt iuris positivi (quale est legitimatio proles) vt sua prouiso inducat plenum effectum, & vim habeat in reuocando constitutione praeterita & effectus inde secutos, adeo quod excommunicato vigore alicuius Constitutionis illa postea reuocata, sic volente Papa, non indigeat absolute[n]te; & pari ratione, cum efficere possit vt Matrimonium sit legitimum, ac si a tempore contractus legitimasset illud, nihil mirum, si ex causa ardua, & ad utilitatem fidei Christianae, & Reipublicae pertinet, legitimare poterit eum, qui Principi seculari est subiectus, etiam quoad bona, & munera temporalia obtinenda, ac si ab initio legitimus fuisset, & ita sicut si tunc legitimus fuisset in hereditate successisset, ita etiam virtute talis legitimationis & nunc etiam succedere possit, vt Couarr. post alios, in dicta Epit. 4. Decret. par. 2. c. 8. §. 8. nu. 16. tradit.

*Quantum est,* vbiunque est dubium, an Matrimonium aliquod legitimum sit, nec ne, & Papa id legitimum pronunciauerit, illa proles erit legitima quoad successionem & alia omnia tam temporalia, quam spiritualia in utroque foro, ex Host. in Summa, lib. 4. §. Qualiter, numer. 11. Qui filij sint legit. Panorm. in cap. Quod nobis numer. 3. tit. eod. Summa Pisanelia, in verbo, illegitimus, §. vlt. circa med. & Couarr. cit. & ratio est: quia iudicium rei spiritualis ad Ecclesiasticum Iudicem pertinet, ex Nauar. tom. 2. conf. 1. Qui filij sint legit. & Soto 4. dist. 41. q. vnica, artic. 4. conclus. 3.

*Quarto,* Episcopus legitimize, seu dispensare potest ad ordines minores tantum, & beneficium simplex sine cura; non

ra; non autem ad ordines maiores, nec ad beneficium curatum, nec ad personatum, aut dignitatem, capit. 1. & ibi glos. in verb. per Sedem, de filiis presb. lib. 6. Archid. dist. 56. in cap. presbiterorum. Host. in Summa libr. 1. tit. de filiis presb. numer. 8. Panorm. in cap. Nimis, numer. 2. de filiis presb. Summa Astenf. dat. 2. lib. 6. tit. 22. art. 4. quaest. 1. Summa Pisanella, verbo, Illegitimus, §. Quis potest dispensare. S. Anton. 3. par. tit. 19. cap. 4. vers. Secundo modo. Syluest. verbo, Illegitimus, quaest. 5. Ioan. Bachon. 4. dist. 25. q. 6. art. 2. Nauar. in Man. cap. 27. num. 201. vers. Decimo dico. Martin. Ledesm. 2. 4. quaest. 26. art. 2. tract. de Irreg. Sotus in 4. d. 25. quaest. 1. artic. 3. Conclus. 1. Tabiena, verbo, beneficium, 2. num. 16. §. Quarto decimo. Paleor. de Nothis ac spuris, cap. 57. num. 6. Maiol. lib. 1. cap. 8. numer. 8. & 9. Toletus lib. 1. cap. 25. Iacob. de Graff. lib. 4. cap. 27. num. 57. Viuald. tract. de Irreg. num. 127. Cosm. Philiarchus, lib. 4. capit. 8. Greg. de Valentia tom. 4. Disputat. 7. quaest. 19. Puncto 3. §. 2. Henriquez lib. 14. capit. 8. §. 10. & Rich. 4. d. 25. art. 4. q. 3. Palud. 4. dist. 41. q. 3. art. 3. Conclus. 1. Quod intelligitur.

*Primo*, siue sit genitus ex soluto & soluta, seu ex coniugato & soluta seu ex presbitero, seu Religioso & soluta, ex glos. in c. 1. in verbo, defectu, de filiis presbit. li. 6. Ioan. Bachon. & Tabiena locis proximè allatis. Quia licet quoad hæc fiat distinctio quoad successiones, & in diffinitate dispensandi, quanto enim turpior est origo, tanto difficilior est dispensatio ex S. Thom. in addit. 3. par. q. 39. art. 5. & Rich. 4. d. 25. art. 4. quaest. 3. quantum tamen ad facultatem dispensandi quoad ordines minores, & beneficium simplex, non est differentia ponenda, quia cum hi omnes æquè vitio alieno laborent, æquè venia digni sunt. C. de natural. lib. 1. legem. & c. fraternitatem, dist. 44. Et quia vt ait Philip. Franc. in c. is qui, de filiis presb. libr. 6. quem sequitur Tabiena, cit. potestas dispensandi concessa alicui, cuius effectus non in ipsum, sed in alium deriuatur, debet latè interpretari.

9 *Secundo* intelligitur de subditis, ex Palud. 4. dist. 41. q. 3. art. 3. Conclus. 1. Quia non subditum nemo potest solvere, vel absoluere, sicut nec ligare: Vnde, cum legitime sit a pœna iuris absoluere, nullus Episcopus non sibi subditum legitime valet, vnde non subdito spurio Episcopus non potest dare beneficium, nec minorum ordinum executionem, nisi a suo Episcopo prius fuerit legitimus.

10 *Tertio* intelligitur quoad beneficia simplicia, non autem quoad curata, quia in personatu, aut dignitate etiam sine cura Episcopus dispensare non potest, glos. in cap. 1. in verbo, beneficium, de filiis presbit. Tabiena, verbo beneficium, 2. §. Decimo quarto, qui ait esse communem Doctor. Paleor. lib. de Nothis ac spuris, cap. 56. nu. 6. Maiol. lib. 1. c. 8. num. 10.

11 *Quarto* intelligitur de beneficio simplici, quod tale est, super quo Episcopus aliàs dispensare possit, c. 1. & ibi glos. in verbo Tale, de filiis presb. quia dispensare non potest Episcopus, vt beneficium paternum immediatè obtineat glos. cit. in verbo tale, Vincent. in c. ex tua, & ibi Panorm. de filiis presb. in antiq. & idem Panorm. in c. Nimis, numer. 2. tit. & libr. eod. Goffred. in Summa, tit. de filiis presb. §. circa aliud. & Conc. Trid. Sess. 25. de Reform. c. 15. Item, si beneficium simplex sit tale, quod habeat Ecclesiam curatam annexam, Episcopus ad illud legitime, seu dispensare non potest, glos. in cap. 1. in verbo, Tale, & ibi Gemin. de filiis presb. lib. 6. Panorm. in cap. Nimis, numer. 2. de filiis presb. in antiq. & Tabiena, in verbo, beneficium, 2. §. Decimo quarto, in fine. Item, si sit beneficium, quod ex priuilegio, consuetudine, vel statuto requirat sacram ordinem; quia cum in tali ordine dispensare nequeat Episcopus; ergo nec in beneficio quod illum ordinem requirit, glos. in cap. 1. in verbo, Tale, de filiis presb. Archid. in d. cap. 1. & allegat ff. de legib. l. sed & si res, & c. is cui, de præbend. lib. 6. & cap. accedens de purg. Canon. Panorm. in cap. Nimis, numer. 2. de filiis presb. in antiq. Item, si in Ecclesia sit statutum iuratum, & per Papam confirmatum, vt nullus illegitimus ibi promoueat, non poterit Episcopus ad tale beneficium dispensare. Ioan. Monac. & Ioan. And. & Ge-

min. in cap. 1. de filiis presb. lib. 6. Tabiena, in verbo, beneficium, 2. numer. 17. §. Quinto decimo. secus si solum esset statutum non iuratum, vel non confirmatum, quia tunc posset contra proprium statutum dispensare, iuxta notata in c. licet Canon. de elect. lib. 6.

12 *Quinto*, intelligitur quod dispensatus, seu legitimatus ab vno Episcopo (nempe ad minores, & beneficium simplex) censetur habilis & idoneus, vt talia beneficia simplicia obtinere possit in Diocesi alterius Episcopi. Summa Confess. lib. 3. tit. 19. quaest. 15. in fine Palud. 4. dist. 41. q. 3. art. 3. Conclus. 1. Syluest. in verbo legitimus, quaest. 7. vers. primum, Pan. in c. cum olim, 1. de Cleric. coniug. Maiol. lib. 1. c. 8. num. 8. & num. 9. & Henriquez lib. 14. c. 8. §. 10. in fine, quia hoc est de iurisdictione Ecclesiastica, & in nullius præiudicium. Quibus addo ex Palud. cit. quod si Episcopus scienter suo subdito illegitimo conferat ordines, vel beneficium simplex, eo ipso dispensare videtur.

13 *Dubium est*, An Episcopus dispensare possit cum illegitimo, vt habeat Canonicatum, cum Canonicatus sit beneficium simplex? Archid. & Gemin. in cap. 1. de filiis presb. lib. 6. Host. in Summa lib. 1. tit. de filiis presb. §. nota. num. 9. vers. circa hoc notandum, vbi Canonicatus vocat beneficia simplicia Panorm. fauere videtur in cap. nota. de filiis presb. in antiq. Summa Astenf. par. 2. lib. 6. tit. 22. art. 4. q. 13. Tabiena, verbo, Beneficium, 2. §. Decimo quarto. Glos. in cap. 1. in verbo Beneficium, & ibi Domin. de filiis presb. lib. 6. dicit posse, quia in d. cap. 1. permittitur ei dispensare in beneficio non habente curam animarum: Item quia cum nõ videtur expresse prohibitum, cõsuetur permissum, dist. 50. in Summa, cap. Miror. Ceterum Ioan. Monach. in d. cap. 1. tenet non posse, & idem tenent Simon Maiol. lib. 1. c. 8. num. 10. & Henriquez lib. 14. c. 8. §. 10. in fine. Que opinio post Conc. Trid. omnino certa est, cum enim iuxta Conc. Trid. omnes Canonicatus Cathedralium annexum habeant ordinem Sacrum saltem Subdiaconatus, dicitur enim ibi, Sess. 24. de Reform. cap. 12. quod omnes Canonici sint in sacris constituti; sicut Episcopus dispensare nequit cum illegitimo circa ordinem sacrum, ita nec circa Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis, secus verò ante Concilium; & nunc etiam potest dispensare ad Canonicatum Ecclesiæ Collegialis, vt testatur Henriquez vbi supra, nihil enim innovauit Concilium circa Ecclesiam Collegialem in hac re.

14 *Dubium est*, An Episcopus dispensare possit cum illegitimo ad prelaturam Regularem? Quidam dicunt quod cum talibus Religionem ingressis Episcopus dispensare possit, vt promoueantur in Abbates, non autem in Episcopos. Et ad c. fin. de filiis presb. dicunt, quod intelligitur de remanentibus in seculo, vt in Summa Confess. lib. 3. tit. 19. q. 2. At certè neque in c. 1. neque in c. fin. de filiis presb. fit hæc distinctio. Vnde, nec nos distinguere debemus, si de offic. præfid. l. 3. & c. ad audientiam, de decim. & c. expresse docent Palud. 4. dist. 41. q. 3. art. 2. Conclus. 2. Summa Pisanella, in verbo, illegitimus, §. Quæ dispensatio, & Syluest. verbo illegitimus, q. 6. Quomodo autem Prælati Regulares cum huiusmodi professis dispensare possint in priuilegiis suorum, docent Ioan. Bachon. 4. dist. 149. art. 2. & S. Ant. 3. par. tit. 29. c. 4. circa medium, & superius a nobis expositum est.

15 *Quinto*, Imperator, aut alius Princeps secularis nõ agens superiorum legitime potest sibi subditum, quod honores, actus, & officia secularia, non tamen quoad Ecclesiastica, vel spiritualia; vnde nec ad ordines, nec ad beneficia quempiam legitime valet, glos. in c. 1. dist. 41. & Hugo, & Archid. ibi. & idem Hug. in 35. q. 7. in prin. & communis DD. sententia, in c. per venerabilem, qui filii sint legit. Palud. 4. dist. 41. q. 3. art. 3. Conclus. 3. S. Anton. par. tit. 29. cap. 4. vers. Terrius modus. Syluest. in verbo, illegitimus, numer. 6. vers. Est autem notandum, Nauar. tom. 2. conf. 2. numer. 1. qui filii sint legit. Summa Confess. lib. 3. tit. 19. quaest. 15. Couarr. in epit. 4. Decret. par. 2. c. 8. §. 8. numer. 18. & 20. Simon Maiol. lib. 1. capit. 8. num. 1. Immo verò etiam si princeps in Rescripto dicat se legitime quoad spiritualia, non valet, quia ad id non habet potestatem, sed neque legitime potest quoad temporalia.

ha etiam in terris suis filium Sacerdotis, vt consuluit Si-  
gno. col. consil. 127. quem refert, ac sequitur Maiol. lib. 1. c.  
8. num. 2.

16 *Secundo* Quoad v. dorem, & interpretationem dispen-  
sationis horum omnium illegitimum, Aduertendum est  
penultio, dispensationem esse strictè interpretandam, cum  
ita relaxatio quadam iuris, arg. eorum, quæ habentur in  
cap. Quod dilectio, de consang. & affin. & c. fin. de filiis  
presb. lib. 6. siquidem recessus a iure communi est odio-  
sus, odia verò restringenda sunt non amplianda, cap. odia,  
de reg. iur. lib. 6. Secundò, Rescriptum interpretandum  
est iuxta facultatem concedentis. Quibus suppositis, in  
hac materia hæc dicenda mihi videntur.

17 *Primum* est, Simpliciter legitimatus à Papa, intelligitur  
legitimus solum quoad honores, & ordines minores, &  
beneficium simplex, etiam si in rescripto dicatur, quod  
possit Clericari. Quamuis enim in materia fauorabili no-  
mine Clerici veniant omnes in quacunque dignitate po-  
sint, & privilegium Clericis tributum simpliciter, com-  
prehendit omnes Clericos cuiuscunque ordinis, seu digni-  
tatis, nisi nam si Episcopus, ergo Clericus, vt late tradunt  
Summa Confess. lib. 3. tit. 19. quæst. 12. Panorm. in cap. 3.  
in 1. Notab. de postul. præl. & in Rubr. de vita & honest.  
Cler. num. 8. & num. 9. & in cap. Non dubium, num. 3. &  
ibi Felin. Notab. 2. de sentent. excommuni. & idem Panor.  
in cap. cum tibi, num. 3. & 4. de verb. signific. In mare-  
na tamen odiosa, nomine Clericorum, nec Episcopi, cap.  
si fides fauorem, de heret. lib. 6. & ca. Quia periculosum,  
de sent. excommuni. lib. 6. nec Clerici in dignitate consti-  
tuitur, aut Canonici Ecclesiarum Cathedralium veniunt, ex  
Panorm. in Rubr. de vita & hon. Cleric. num. 10. nec per  
verba, vt Clericari possit, conceditur vt promoueri possit  
ad ordines sacros, vt colligitur ex glos. in cap. literas in ver-  
bo ordinari, & ibi Panor. num. 6. de filiis presb. Tancred.  
Guffied. & Innoc. vt ibi refert Panorm. Archid. in c. 1. de  
filiis presb. lib. 6. Idem Panorm. in cap. si quisquam, num.  
6. de eod. Cler. & mulier. Specul. tit. 2. §. vlt. in princip. &  
in fine. & Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de filiis presb.  
Huffied. in Summa, lib. 1. tit. de filiis presb. §. Quis possit  
dispensare, vers. Quid si dispensetur. Summa Aftenfis par.  
2. lib. 6. tit. 22. art. 4. quæst. 6. Tabiena, verbo Clericus, 1.  
§. Tertio, Summa Confess. lib. 3. tit. 19. quæst. 12. Maiol. lib.  
1. cap. 8. num. 4. & 5. Quorum omnium hæc est ratio, quia  
dispensatio iuri communi detrahit, & ideo per interpre-  
tationem est restringenda, cum sit odiosa, vnde Ioan. Mo-  
nachus in cap. 1. de filiis presb. lib. 6. facit hinc Regulam,  
dispensatio strictè interpretanda est, dummodo aliquid,  
quod in iure quocumque modum operetur, arg. cap. Quod di-  
lectio, de consang. & affin.

18 *Secundum* est, Dum Papa in dispensatione dicit, *legiti-  
mus Petrum, quoad omnia*, intelligitur ad minores or-  
dines tantum, & beneficium simplex, sic Maiol. lib. 1. c. 8.  
num. 6. & Henriquez lib. 1. cap. 8. §. 10. Nisi aliud mēs  
Pape colligatur, quod etiam voluerit eum ad sacros posse  
promoueri, Quia facta est dispensationem, quæ est res odio-  
sa habere aliquem effectum, & restringenda est, & Clau-  
sula, seu verbum, *Quoad omnia*, intelligitur quoad hono-  
res, & famam.

19 *Tertium* est, Dispensatus à Papa cum Clausula, *Ad om-  
nes ordines*, si tempore concessio- nis dispensationis, ad or-  
dines minores promotus sit, ad hoc vt privilegium aliquid  
operetur, & non reddatur elusorium, concessio extendi-  
tur ad ordines sacros; Sin autem ad aliquos ordines gra-  
dus promotus non sit, restringitur concessio ad omnes mi-  
nores tantum, ex Panorm. in cap. literas, num. 6. de filiis  
presb. & Maiol. lib. 1. cap. 8. num. 6.

20 *Quartum* est, Dispensatus ad certum ordinem, non cen-  
setur dispensatus à l'ordinem superiorem illo sed ad infe-  
riorem illo sic, ex Maiol. lib. 1. c. 8. num. 7.

21 *Quintum* est, Dispensatus quoad ordines, non propte-  
rea dispensatus censetur ad beneficium, sic Panor. in c. li-  
teras, num. 6. in fine, de filiis presb.

22 *Sextum* est, Dispensatus ad dignitates non censetur ex-  
tra dispensatus ad beneficia. Innoc. in cap. die 2. is. 3. de  
presb. Felin. c. venies, col. 1. de accus. & Maiol. lib. 1. c. 9. no. 1.

23 *Septimum* est, Dispensatus à Papa quoad omnes ordi-  
nes, etiam Sacerdotium, non exinde intelligitur habilita-  
tus ad Ecclesiam parochialem, seu curatam. Panorm. in  
c. 1. nu. 6. & in c. literas, nu. 6. in fine, de filiis presb. Archid.  
in c. 1. de fil. presb. lib. 6. & Couar. in Epit. 4. Decret. par. 2.  
c. 8. §. 8. num. 5. & Maiol. lib. 1. cap. 9. num. 1. post §. pec. in  
tit. de dispensat. §. iuxta, vers. contrahitur autem. Nam ius  
commune dispensat cum Religioso in factis, & tamè per  
id non potest præfici cura.

24 *Octauum* est, Habilitatus, seu dispensatus à Papa quoad  
beneficium præbendam, vel aliud, non intelligitur ha-  
bilitatus quoad beneficium curatum, ex Panorm. in cap.  
fina, num. 7. de præbend. per text. c. pro illorum, tit. cod.  
Maiol. lib. 1. c. 9. num. 2. & colligi videtur expressè, ex dict.  
cap. pro illorum, vbi dicitur, *quod nisi fiat expressè mentio  
de cura, non venit beneficium curatum*, & est communis  
opinio omnium modernorum DD. vt fatetur Panor. cit.  
quicquid Ioan. Andr. & aliqui alij antiqui contrarium di-  
cant, per illam dictionem, *vel aliud*, quasi voluerit Papa il-  
la Clausula comprehendere curatam. Sed falso, quia di-  
ctio, *Alius*, facit positionem eiusdem qualitatis cum præ-  
cedentibus, vt not. in c. Sedes, de Rescript. Debet ei go in-  
telligi mandatum de præbendali beneficio, vel alio simi-  
li: Curatum autem non est simile, cap. cum in illis, de præ-  
bend. lib. 6. Nam maior idoneitas, & maior ætas requiri-  
tur in beneficio curato, quam in præbendato, & alijs sim-  
plicibus.

25 *Nonum* est, Habilitatus à Papa ad beneficium simplici-  
ter, non censetur habilitatus ad curatum. Panorm. in c.  
vlt. num. 3. de præb. Felin. in c. postulasti, col. 6. vers. cit. a  
glossam 2. de Rescript. & colligitur ex d. c. vlt. in c. to prin-  
cipio capitis cum fine eiusdem; vbi Papa mandans pro-  
uideri de beneficio, non adiecit qualitatem simplicitatis,  
sed interpretando mandatum suum dicit, quod iussio vi-  
detur emanasse pro simplici beneficio. Ratio esse potest:  
Quia in literis impetratis ad beneficia, debemus facere  
strictam interpretationem, vt in c. Quamuis de præb. lib.  
6. Item quia maior idoneitas requiritur in curato, quàm  
in simplici; ideo nisi expressè, fiat mentio de cura, tanquàm  
de mandato, & dispensatione generali, non venit benefi-  
cium curatum; argum. cap. cum in illis, de præbend. lib. 6.  
Calderin. consil. 14.

26 *Decimum* est, Dispensatus à Papa, vt ad omnes ordines  
promoueat, & beneficium Ecclesiasticum, etsi intelli-  
gatur dispensatus ad curatum, seu parochiale, non tamen  
promoueri exinde poterit ad personatum, vel Rectoriam  
ad quam per electionem procedi consuevit, seu vt alij lo-  
quuntur ad Prælaturam, & dignitatem, cap. fina, de præb.  
& ibi Panorm. num. 2. & idem Panorm. in c. literas, nu. 6.  
de filiis presb. Specul. tit. 2. §. vlt. vers. Quid si dispensatum  
est. Goffied. & Hostien. in Summa lib. 1. tit. de filiis presb.  
§. vlt. vers. Quid si dispensetur eum tali Summa Aftenfis,  
par. 2. lib. 6. tit. 22. art. 4. q. 7. & q. 8. Summa Pisanella, ver-  
bo, illegitimus, §. penult. S. Anron. 3. par. tit. 19. cap. 4. ver. l.  
Tertio fit dispensatio. Syluest. in verbo, beneficium, 3. nu.  
15. quæst. 12. & in verbo, illegitimus, num. 7. q. 5. Tabiena  
in verbo, beneficium, 2. num. 18. §. Decimo sexto. Maiol.  
lib. 1. c. 9. num. 2. & 3. Summa Confess. lib. 3. tit. 19. q. 13.  
& Alphons. Vivald. 3. par. Candelabri sui, cap. 2. nu. 7. Pa-  
pa enim non censetur voluisse præiudicare electoribus.

27 *Vndecimum* est, Habilitatus ad dignitates, non intelli-  
gitur habilitatus ad Ecclesiam Cathedrali. & dignita-  
tes eius, cap. Quamuis, 1. & ibi glos. in verbo, Non exten-  
dit. lib. 6. Rota decif. 45. & decif. 407. vbi ait ita obseruari  
in Curia Romana. Maiol. lib. 1. c. 9. num. 6.

28 *Duodecimum* est, Habilitatus ad ordines, non per hoc  
censetur habilitatus ad Dignitates Ecclesiasticas, nec ha-  
bilitatus ad ordines, & dignitates Ecclesiasticas quacun-  
que, per hoc censetur habilitatus ad Episcopatum, quic-  
quid Henriquez lib. 1. c. 8. §. 10. contrarium dicat. Hanc  
autem sententiam nostram tenent glos. in cap. 2. in verbos.  
Dignitatum, de præbend. lib. 6. & colligitur ex cap. Dile-  
ctus tuus, & ibi Panorm. expressè, num. 2. de concess. præ-  
bend. & item Panorm. in cap. cum Vintoniensis, num.  
8. de elect. Otrad. Consil. 14. Roman. consil. 338. Tabie-  
na,

na, verbo, beneficium, 2. §. vigesimo, num. 24. & Syluest. in verbo, legitimus, q. 7. vers. Quartum, & Summa Astensis, par. 2. lib. 8. tit. 38. art. 4. quest. 3. Maiol. lib. 1. cap. 9. num. 4. Ratio decidendi hunc casum est, ex glos. in d. cap. 2. & Panorm. in d. cap. dilectus, quia Episcopatus non est simplex dignitas, sed culmen dignitatum, vt in cap. penult. de prebend. Et quia dispensationes sunt odiosae, & ideo restringenda. cap. Quod dilectio, de consang. & affinit. & c. 1. & 2. de filijs presb. lib. 6. Id quod contigisse fertur in persona Ioannis Andree, qui cum legitimatus fuisset ad omnes dignitates à Ioanne Papa XXII. non tamen ab eo impetrare potuit, vt ad Episcopatum legitimaretur, vt ipsemet de se scribit in addit. ad Soccal. in tit. de filijs presbit.

29 *Docimium tertium est*, Habilitatus ad Episcopatum non per hoc est habilitatus ad Archiepiscopatum, sic Felin. post Innoc. in cap. veniens, de accusat. Panorm. in c. cum. Vintoniensis numer. 8. de elect. & in cap. Dilectus filius, num. 1. de concess. prebend. & citat alios, & idem dicit esse, si dispensatum sit respectu Archiepiscopatus, non cesset dispensatum in Patriarchatu, & sic deinceps. Tabiena, in verbo, beneficium, 2. numer. 24. §. Vigesimo. Maiol. lib. 1. cap. 9. num. 6. Generalia enim verba in istis dignitatibus non sufficiunt ad ista ex Syluest. in verbo, legitimus, q. 7. vers. Quartum. Est enim hoc Episcopalis, & superiorum dignitatum privilegium, vt summa cum difficultate illegitimi ad eas admittantur, & non nisi per Papam id expresse dispensantem, ex Paleot. li. de Noth. & Spurijs c. 57. nu. 6. & nu. 7. Maiol. cit. num. 7.

30 *Docimium quartum est*, Legitimatus ad omnes ordines etiam Episcopatum, non censetur habilitatus ad Episcopatum, si sit filius Canonici, etiam non existentis in factis. Sic Maiol. lib. 1. c. 9. num. 12. Ratio est: quia si narratum fuisset, eum esse filium Canonici, difficultus obtinisset, quia maior requiritur dispensatio, e. cum de tua, de corp. viuat. id quod procedit primo in Episcopatu, etiam diuerso ab Ecclesijs in qua pater fuit Canonici: Nā in eadem Ecclesia non est dubium, quin non dispensaret Papam, quia nulla permittitur administratio sic legitimatis in Ecclesia, in qua Patres administrarint ex Conc. Tri. Sess. 25. de Reform. cap. 15. & hoc etiam si persona media interuenerit, arg. ea. cum decorem, de filijs presb. tum, quia exinde insurgeret deusio, quod impudico patri filius in dignitate presb. tum, quia populus ob memoriam huius turpitudinis a frequentatione Ecclesie reuerberetur, arg. cap. vestra, de coh. ab. Cler. & mulier. tum, quia pater lederetur in conscientia propter peccati olim commissi memoriam, que reficere sibi ministerio filij, siue publice siue occulte fuerit filius, arg. c. Mulier, 15. q. 1. Host. in Summa, lib. 1. tit. de filijs presb. §. Qui filij presbiterorū in principio. Precedit secundo, in omni filio cuiuslibet beneficiati legitimo, quia pat. turpitudine videtur, per easdem rationes, quas refert Pan. in d. c. cum decorem.

31 *Docimium quintum est*, Si Papa cum aliquo illegitimo dispenset, vt non obitante vilo defectu Natalium possit ad beneficium curatum promoueri, pretextu illius dispensationis non potest habere simul duo beneficia, cap. 1. §. ille verò, de filijs presb. lib. 6. Et si postea is, cum quo sic prius dispensatum fuit, impetret a Papa, vt duo vel plura beneficia curata habere possit tacito prædicto defectu, non valet hoc secunda dispensatio, aut gratia, cap. fina. de filijs presb. lib. 6. Summa Astensis, p. 2. lib. 6. tit. 2. artic. 4. quest. 2. Summa Pisanelia, verbo, Illegitimus, §. Quis potest dispensare. S. Ant. 3. par. tit. 29. c. 4. in fine. Coy. in epit. 4. Decret. par. 2. c. 8. §. 8. numer. 5. Et idem est de eo cū quo Episcopus dispensat, vt possit ad ordines minores, & simplex beneficium promoueri, secundum Ioan. Andr. quem refert, ac sequitur Summa Astensis vbi supra.

32 *Docimium sextum est*, Dispensatus a Summo Pontifice, vel Episcopo super beneficio incerto, eo consecuto cum effectibus, aliud absque dispensatione obtinere nequit. Sic Fracus in c. 1. num. 12. de filijs presb. lib. 6. quem refert & sequitur Iacobus de Grassili, 4. Decise. 27. num. 58. Ratio est: quia dispensatio, cum sit materia exorbitans, strictè intelligenda est.

## De Irregularitate ex defectu ætatis.

## Cap. XII.

## S Y M M A R I V M.

- 1 *Ætatis defectus iure Canonico irregularitatem inducit.*
- 2 *Ætas que cuique ordini ante Clementinas præscripta.*
- 3 *Ætas ad ordines sacros, quænam per Clementinas constituta sit.*
- 4 *Ætas ad sacros ordines quænam per Concilium Tridentinum præscripta sit.*
- 5 *Ordinatus ante legitimam ætatem, an censuram aliquam de nouo incurrat, variè recensentur Doctorum sententia.*
- 6 *Ordinatus ante legitimam ætatem, ante Bullam Pij 11. ipso iure suspensus non erat.*
- 7 *Ordinatus ante legitimam ætatem, ante Bullam Pij 11. ab usu ordinum sic susceptorum, interim dum legitima cõrebat ætate, impeditus fuit.*
- 8 *Ordinatus ante legitimam ætatem ad ordines sacros per Bullam Pij 11. [Cum ex Sacrorum.] ipso facto suspensus est.*
- 9 *Ordinatus Minoribus ante legitimam ætatem, & in eis ministrans, an suspensus sit.*
- 10 *Tonsuram primam ante legitimam ætatem suscipiens, nõ peccat mortaliter, & quænam ætas legitima ad eam præscripta sit.*
- 11 *Ordinatus Sacerdos ante legitimam ætatem, an celebrando & consecrando cum Episcopo nouam irregularitatem incurrat.*
- 12 *Irregularitas ex defectu ætatis proueniens, quibus modis tollitur.*
- 13 *Episcopus, neque vt quis ante legitimam ætatem ordinetur, neque vt actus ordinis susceptorum exerceat, dispensare valet.*
- 14 *Prelatus regularis cum sibi subditis ante ætatem ordinatis, virtute privilegiorum suorum, dispensare nequit.*

**P**ropter ætatis defectum a Canonibus merito, & iuris de causis irregularitas constituta est; Quamuis esse potest, quia indecens & indecorum est, vt qui sibi nihil adhuc prodesse possunt, alijs dignitate, & honore præfulgeant, ea. Indecorum, de ætat. & qual. ord. *Altera est*, Quia si ad officia temporalia, & secularia minores annis viginti non admittuntur, cap. cum vigesimo, de offic. deleg. l. causa legis, ff. de arbitris, & l. cum legem, eod. Specul. in suo auro Repert. de offic. deleg. vers. Qui & cuius ætatis, & patet ex eo, quod scribit Sueton. de Augustulo dicens, Iudices a vigesimo quinto anno elegerunt, quænam maturius, quàm solebant. Maiol. lib. 1. c. 30. num. 3. Quanto magis ad officium Ecclesiasticum per assumptionem ordinis. Ideoque ex defectu ætatis irregularitas sunt omnes non habentes ætatem legitimam, quæ secundum Canones ad singulos ordines requiritur.

**E**t quidem secundum Canones varijs ordinibus præscripta fuit ætas præscripta; Ante Clementinas enim ætas primam tonsuram erat septennium completum, text. & glos. in cap. fina. verbo, infans, de tempor. ord. lib. 6. & glos. in cap. de ijs, in verbo, infans, dist. 28. & cap. in singulis, & ibi glos. in verbo, si ab infans, dist. 77. qui vero ante eam confert, per annum est suspensus a collatione tonsuræ, c. fina. de temp. ordin. li. 6. Quicunque sit ille, qui potest primam tonsuram dare, nisi forte Religionè intraret, in d. c. fin. habetur, infans enim quæ ibi, & alijs locis citatis ponitur, septem annorum intelligitur, ex gl. ibi, & Palud. 4. d. 25. q. 2. artic. 2. conclus. 1. & alij communiter, & fact. l. si infans, C. de iure delib. Ad tres verò ordines minores priores a septennio vsque ad duodecimum annum, text. pas